



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Concilia præfinitiones Dei ad nostri peccati materiale condemnasse videntur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

adigens, & prædeterminans pravas, prioribus anathematismi huius verbis contenta, damnatur, & excluditur: de-
finiturque in potestate nostra esse vias nostras malas face-
re, quæ quidem absoluta potestas nostra cum irresistibili
à nobis præfinitione prædeterminata ad ipsas stare non
potest, ut ostendimus d. 1. quæst. 8. omnibus adversario-
rum solutionibus, ac per puram vocum elusionem ten-
tatis evasioneibus præclusis, quas hic proinde repetere
æque prolixæ, atque inutilis laboris esset.

3. Secundo pendit illud non permissivum solum quo
Deum proprietate sermonis ex voluntate, & intentione
agere mala opera nostra Concilium damnat, & excludit,
Kulius exemplum proditoris Iudæ, & vocationis Pauli,
quoad proximitate agendi actum pravam, & actum
bonum non est: nam vocatio Pauli actus bonus Pauli
non est; sicut prava actus est proditoris Iudæ; sed solum
causa, & auxilium, adiutoriumque Paulo ad actum bonum
conactionis à Deo misericorditer præstitum. Est
autem exempli comparatio, quoad proprietatem attri-
butionis effectus, virtutisque Deo ratione independentia
omnimode à nostra potestate, & arbitrii libertate in
virtute à Deo effectione, & operatione in nobis sine
nobis, & libertate; si enim operatio prava in nostra po-
testate, & libertate non esset, sed ex mero Dei illam præ-
finitis arbitrio, necessario, & à nobis irresistibiliter
poueretur, ut prima erroris anathematismo subiciendo
recitat, & damnati parte proponitur, æque propriè à
Deo in nobis sine nobis libere operantibus, & Pauli voca-
tio, & Iudæ proditio fieri diceretur: etenim, cum utraque
actio vitalis nostra sit, neutra in nobis sine nobis vitaliter
physice operantibus esse potest: quare, quia in Paulo
sine Paulo libere operante ex Dei solius electione miseri-
cordi vocatio tributa est, Deo, & ipsa, & ipsam securâ
conversio, tanquam principali causa, & auctori, proprietate
sermonis, tribuitur: ac subinde si sine Iudæ libere
operante ab eoque irresistibiliter, solo Dei præfinitis
arbitrio & electione proditio Iudæ procederet æque pro-
priè Dei proprium opus esset proditio Iudæ, atque voca-
tio Pauli: malaque opera, ita, ut bona, in nobis non so-
lum permissivè operaretur Deus: quod expressè Con-
cilii definitio contradicit. Quo casu de remotiori cau-
satione Dei respectu actionis pravae, quam auxilii, & vo-
cationis ad honestas nostras actiones, ut non ita has, ar-
que illas Deus operari à Concilio dicitur, manet præclu-
sa, & sanè cum Concilium vocationem Pauli, in exem-
plum operis boni, proditoris Iudæ, in exemplum mali
operis adhibuit, opposuit; non tam vocationem ipsam in
se, & actus, quam posuit, & in effectu conversionis Pauli
consideratam proposuit. Quibus positis duplex ex loco
istius Tridentini argumentum efformo: nam primum illud
liberæ arbitrii, & potestatis nostræ in actu primo ne-
cessariæ ad actionem pravam, ut talem, & materiale pec-
cati propriè sit, attractum iam est, ac loco citato satis à
nobis persecutum. Alterum verò à minori impulsione
cuiusvis à Deo non prædeterminantis, & nos irresistibili-
ter ad actionem pravam adigentis, ad sic nos præfinitio-
nem prædeterminatiam adigentis, quod satis nunc sit,
arctius num. 2.

4. Argo igitur primò: illa anathematismi huius particu-
laris, non permissivæ solum actiones pravas nostras Deum
plurimum permissivè operari damnatur à Tridentino Ca-
nonis recitatio: atqui, si eas Deus præfinitione prædeter-
minatiam operetur, non permissivè solum eas operabitur
Deus: ergo operari illas Deum præfinitione prædeter-
minatiam damnatur ibi à Tridentino. Maior est eo anathe-
matismo expressè, consequentia legitima. Minor de se
ita perspicua, ut propterea Calvini quæst. 2. recitatus,
tam anxie contenderit eas voces permissionis, seu permis-
sivæ voluntatis Dei tantum erga actiones nostras pravas
facti non esse, ut ex caris, obduratque nos à Deo, & si-
milis, vero aliquo sensu, à scriptura dicantur, nisi positiva
Dei voluntas, erga actiones pravas, ad quas agendas iudi-
cio iusto à Deo exerceantur, & obdurantur in antea-
ctum criminum penam, positiva intercedat. Probaturque:
quia actionis cuiusvis facta alicui permissio positivam
permissivæ erga actionem illam voluntatem non clau-
dit; sed solum voluntatem non impediendi eius potesta-
tem ad eam actionem pro arbitrio, & libertate sua exer-
cendam, cum qua sit permissivæ, quantum ex parte sua

est, de actione illa displicentia, & nolito efficax etiam,
etiam non absolutè, & omnimode efficax, id patet in mora-
libus, & politicis permissionibus, legitime, & præceptis
dispensationibus: quas sæpe superiores subditis ex con-
nuentia, quandoque rationali, & licita, ut maius vitent
malum, quod prudenter timent; quandoque illicite sub-
ditis præstant ad eas actiones; quas tamen ex parte sua
ab his fieri valde dolent, ac non fieri vehementer expor-
tant, vellentque aliunde, si possent, impedire: ergo illis
permissivæ solum. Omnis Dei, quatenus ex parte sui est,
voluntas positiva erga opera prava excluditur: quare, qui
aliquam Dei, quatenus ex ipso est, positivam voluntatem,
necum præfinitivam prædeterminatiam, & efficacem,
erga prava nostra opera, ut à nobis fiant, siue erga mate-
riale peccati admittit, Deum non solum permissivè se
habere, contra Tridentinum ait. Simile argumentum, vel
potius idem continetur in sequenti anathematismi adver-
sativa; sed propriè. Ex per se, Deum prava opera operari.
Nulla enim agentis rationalis per voluntatem, &
arbitrium magis propria operatio, quam, quæ ex eius li-
bera ac deliberata eius operationis voluntate, efficaci
præsertim (cuiusmodi prædeterminatiam præfinitio est)
procedit.

5. Secundo argumentor: ex eis anathematismi ver-
bis cum sequentibus Deum operari mala nostra opera
ita ut bona propriè, ex per se: à Deo, ut sit proprium
eius opus, non minus proditio Iudæ, quam vocatio Pauli
(siue, ut diximus conversio Pauli) damnatur anathe-
mate Tridentini: atqui iuxta præfinitores omnes, ita, ut
bona, mala opera Deus operatur propriè, & per se: adeo,
ut sit proprium eius opus non minus proditio Iudæ quam
conversio Pauli: ergo eorum præfinitiones ad materiale
peccati damnantur anathemate hoc Tridentini. Minor
probat eatenus conversio Pauli est, esseque solummodo
potest iuxta adversarios, proprium opus Dei, quare-
nus præfinitio prædeterminatiam Dei libere à Deo
concepit, & prædeterminatione physica in de necessario
orta (in qua per eos efficaciam auxilii consistit) volun-
tatis Pauli ad conversionem posita independentem ab usu
libertatis Pauli in conversionis elicentia & positione,
Deo conversio Pauli in conversionis elicentia & positione,
auctori tribuitur; aut, per hosce præfinitores ad mate-
riale peccati, proditio Iudæ non minus posita ex mero
arbitrio Dei positivè illam pro solo nutu suo, ac prop-
ter independentem ab usu libertatis Iudæ in proditio-
nis elicentia, & positione præfinitis, ac Iudæ voluntatem
subinde ad traditionem prædeterminantis, quam Pauli
conversio; ergo æque, ac non minus, quam conversio
Pauli est proprium opus Dei Iudæ traditio. Adde: ea
solum causatio negatur Deo in opere malo, quæ in ho-
mine admittitur: hæc solum est erga materiale ergo ea
negatur Deo. Minor est certa ut constabit quæst. 4. cert. 1.
ex ratione & S. Thom. ex qua hæc nunc: cum igitur
peccatum ex parte inordinationis habeat causam agen-
tem per accidens; ex parte autem actus habeat causam
agentem per se: sequitur, quod inordinatio actus pec-
cati consequatur ex ipsa causa actus. Hec ille l. 2. q. 25.
art. 1. Nec præfinitores ad hæc argumenta communi-
bus effugis locus patet. Non primo tentato à Calvino
instruct. advers. libertin. cap. 14. de finis, & intentionis
diversitate. Ex quocumque enim fine, non minus posi-
tive, & efficaciter absolutè vult actionem pravam tradi-
tionis Iudæ, quam conversionem Pauli: unde solum
(videlicet, & ex quovis fine habeatur) æque ac ead-
em proprietate est vnius æque alterius operator. Sec-
undo nec in fine, titulo, aut motivo vlla est in præfinito-
rum horum sententia diversitas: siquidem titulus est,
titulus causæ primæ, primique liberi, & potestatis do-
mini, & gubernationis Dei, cui ex parte voluntatis
creatæ responderi necessario in sua physica operatione
subordinatio, & voluntati libere Dei, etiam quoad læ
libertatis usum, subiectio: ex parte verò finis, & motui
Dei alterutrum opus præfinitis est per hocce, ut eisdem
titulis, & ministeribus satisfaciatur, gloriæque, & pot-
estatem suam ostendatur: quæ in alterutro, siue bona, siue
prava actionis præfinitione, & attendit, & intendit: ergo
nulla est in præfinitorum sententia ex parte tituli fi-
nis, aut motui in alterutro præfinitione diversitas.

6. Sed nec secundo communi eorum effugio ampliot
patet

REGA
pauli
Iudæ

ex causatione, & volitione absoluta materialis peccati, & causari, & amari absolute peccatum & malitiam inferunt...

9. Vitiis præfinitiones istæ ad materiale peccati reiecit Tridentinam scilicet, c. 11. ratione, qua iustus possibilis obsequia præcepta probat. Deus namque sua gratia...

Christoph. de Orgez, de Deo Vno, Tom. I.

amicitia deservit. Denique neq; hic, neq; hæcenus solutiones Recentium Thomistarum ad efformata, cum ex scriptura, tum ex testimoniis Conciliorum argumenta, & illationes ex causalitate absoluta dei erga materiale peccati ad absolutam etiam eius erga formale peccatum causalitatem ex instituto confutavit...

CERTAMEN II

Patres præfinitiones ad materiale peccati consone exhorrent.

Prætereo consulto testimonia, quæ Deum causam peccati absolute esse evidens, me iudice, illatio sit; solumque attingit, quæ de præfinitione materialis peccati sunt expressa, & rationes alias à libertatis necessitate ad peccatum evertitione dist. 1. universim monstrata continent. Clement. Roman. 3. recognit. pag. 6. Petri Apostoli Simonem Magum de opposito errore damnatum refert, ut vidimus cæc. 1. n. 1. & probat Clem. Alex. 1. Strom. pag. 65. quoniam libera electio, & appetitio peccata primum inchoat, iure infliguntur supplicia, & circa lib. med. qui non prohibet liberam animæ electionem iuste indicat (electio autem libera materiale ipsum peccati est) ut vel maxime quidem Deus nobis non sit causa vitij. Quibus duæ rationes continentur, quod alius Deus materiale peccati præfinit, & nobis peccati causa absolute esset, & iniuste nos puniret, & post alia Deum permissus solus, ac non positiva earum actionum voluntate se gerere ait: Diabolus autem cum liberum haberet arbitrium, & duci posset patientia, & furari ipse quoque est inon Dominus, qui non prohibuit id est impediuit, & lib. 4. med. Non est ergo existimandum eum operando exercere affectiones. (Nec enim hoc cogitare liceret) sed non prohibere eos, qui eas exercent persuasum habere convenit, & Sanct. Dionys. Arcopag. 4. de divinis nominibus. Deum mali auctorem negat & epist. vii. ad Ioann. Euang. in. iniqui discipulos ex verbis expellunt qui sibi ea, quæ meriti sunt, retribuunt. Expulsionis actione, & infra: Neque enim in sæculis, quæ ventura sunt, causaverit Deus iustarum meritum à se secretionum, sed y qui se penitus à Deo secreverunt. Et tunc Clemens Alexand. 1. Pedag. c. 8. culpa est eius, qui eligit, in Deum autem culpa conferri nequit Orig. 4. cont. Cell. post med. cum Gelse conuenit in eo, quod mala ex Deo non sint, quod autem eorum causa sit materia, quæ versatur circa mortalia falsè ab ipso asseri ait. Nam sua cuique (inquit) ratio est existentis in ipso malitia: quæ quidem malum est, mala quoque actiones, quæ ex ea proveniunt. Euseb. Cæsar. 6. præparat. Euang. c. 5. impius profecto iudicabitur: imò vero pessimus omnium, qui à Creatore universi alios ad adulterias alios ad rapinas alios ad alia vitia: (ubi notavimus, & peccata absolute dicta pro eodem argue turpes ipsas actiones, & materiale peccati indiscriminam à Patribus dici, & usurpati) impelli arbitrentur: unde sequitur, aut hæc peccata non esse, aut peccandi causam in Creatorem referri: quo dogmate Eccc posses

VEGA
part
VIA